



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 60. Arrogans Cronwelli dominatus in Anglia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. Iustratis Helveticis copiis altera die in
 A.C. 1654. Templo Patrum Carmelitarum Discipu-
 ceatorum consecrationis suæ octiduum
 celebravit, seque Regnumque suum Deo
 maxima pietate commendavit.

§. LX.

*Arrogans Cronwelli dominatus in
Anglia.*

*Thoiras hist.
 d' Angl. l. 22.
 Tuld. l. c.
 Clarend t. 6.
 pag. 230.*

Subjugatis utriusque Curiae Senato-
 ribus Cronwellus velut supremum
 novæ Reipublicæ Caput victorum mor-
 die decima octava Februarii Londinum
 ingressus est, rebusque suis ad vota
 fluentibus omnia ad suum genium, ar-
 bitriumque pro summo imperio effice-
 mavit, cunctis oppido mirantibus quæ
 Regum, Ducum & Principum Orato-
 res huic usurpatori, nudato capite, ut
 jusserat, sua deferrent obsequia: par-
 ter indignabantur tam Regiis partibus
 addicti, quam Presbyteriani, quod Cron-
 wellus post pacem cum Batavis West-
 monasterii die quinta Aprilis firmatam
 quamvis Regium nomen simulata me-
 destia deprecaretur, re tamen ipsa Re-
 galem supremamque potestatem sibi
 quæsito Protectoris titulo sibi ab infima
 plebe attributo exerceret, ac trecentis
 satellitibus ad corporis sui custodiam
 armatis stipatus leges dictaret, & sese
 vice

vitæ mortisque arbitrum gereret: Inde **Sæc. XVII.**
 vero secretæ primum multorum queri- **A. C. 1654.**
 moniæ exaudiebantur, dein ad crimi-
 nationem, tandemque ad conjuratio-
 nem in Cronwellum res excessit. Præ-
 primis vero Higlakenses innato in Re-
 gem studio instructam milite & armis
 classem ductore Middletono in Scotiam
 intulere, sibi que potentiores Satrapas,
 ipsumque Huntlæi Comitis Filium,
 exercitatissimosque ex Britannis & Ba-
 tavis milites adjunxere, frequentibus-
 que præliis Cronwellistas profligarunt,
 tam prospero Marte pugnantes, ut pro-
 xima ætate Carolo II. Regi tutus in
 Scotiam aditus patere crederetur: In-
 cassum Monca, quem Cronwellus cum
 valido agmine in Scotiam decreverat,
 conjuratis criminum veniam, & rebel-
 lionis oblivionem obtulerat, frustra e-
 tiam amplum constituit illis pretium,
 qui seditionis reum vel vivum vel mor-
 tuum sisterent: acrius enim pressi Higlaken-
 sēs, mox ad cognita montium di-
 verticula confugere, in promptu habe-
 bant: donec tandem a Margano Midd-
 letoni copiæ profligatæ, ac ipsi conju-
 rati mutuis inter se diffidiis divisi pa-
 cem exorare cogerentur. Londini in-
 terim Wowellus & Gerardus Nobiles
 Tribuni Cronwellum insidiis circum-
 ventum trucidare machinabatur, con-
 jura-

M 4

Sæc. XVII. juratione autem tempeſtively detent
 A. C. 1654. prior Londini laqueo, alter vero gladio
 poenas dedere. Paulo ante Pantaleonem
 Sa Luſitani Oratoris Frater, & Melitenſis
 Eques, qui anno priori a præſente
 Gerardo palam objurgatus, eundem
 in tumultu Londini fuſcitato vulnera-
 verat, hoc anno novas cum eodem
 multates habebat, ac ultionis cupiditate
 agitatus, validaque ſuorum manu citatus,
 etus, hominem, quem falſo Gerardo
 eſſe ſuſpicabatur, trucidavit, plures
 que alios vulneribus affecit, & cum
 ſuis ad Legati Palatium aufugit: Poſt
 illico populi concurſatio, atque
 necem petuntur homicidæ: Cronwellus
 etiam inſuperhabitis Legati querelis
 Equitem juſtitie tradi petit, eumque
 pronuntiata mortis ſententia in Londonenſi
 Turri capite plecti, ejusque ſolum
 mulum laqueo ſuſpendi, ac denique
 Legatum, cum Gravesandæ portu ſe-
 vere pararet, detineri jubet, donec
 alienum, quo gravatus erat, pleſſe
 diſſolviffet: Poſtremo denique conſpi-
 ratio a quibusdam Proceribus Angliæ
 quos Cronwellus durius habuit, tantum
 in Borealiſ, quam Septentrionalibus
 Provinciis conſlata eſt, quæ tamen
 vix exorta conjuratorum metu ac ſu-
 pliciiſ extinquebatur.